Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Inkunabeldruck - Cod. St. Blasien 57

Aristoteles

[Südwestdeutschland], [um 1471-1472]

"Iste liber est pars moralis philosphie, que tres continent partes principales, prima operaciones ..."

urn:nbn:de:bsz:31-57201

Visual Library

Omnis ars et omnis doctrina simili-
ter autem et omnis actus et electio bonum
quoddam appetere videtur. Ideo bene an-
nunciaverunt bonum quod omnia appetunt

Iste liber est primus moralis philosophie que tres continet partes principales. Prima operationes
considerat hominis ad se ipsum secundum quod homo se ipsum regere debeat et ista vocatur monastica
sive ethica. 2a considerat operationes multitudinis domestice secundum quod patres familias
regere se debent circa familiam et ista vocatur yconomica. 3a autem considerat opera-
tiones multitudinis civilis secundum quod homines debent vivere in civitate puta communitate
et circa cives et ista vocatur politica. Quia naturaliter homo est animal sociale et civile
et indiget multis ad vitam que ipse solus sibi preparare non potest et quod [illegible] est
ut homo sit pars alicuius multitudinis per quam prestetur sibi auxilium ad bene vivendum.
Quo quidem auxilio indiget ad duo. Primo ad ea que sunt vite necessaria et auxi-
liatur homini multitudo domestica quia homo est auxilium [illegible] parentibus [illegible]
et disciplinas. 2o auxiliatur homini multitudo civilis cuius ipse est pars. Ideo
philosophus incipiens tradere philosophiam moralem primo incipit a monastica sive
ethica quam tradit in libro ethicorum. Cuius presens subiectum est homo felicitabilis
eo quod visitatur de omnibus in ista sciencia consideratis. Dividitur autem
iste liber in decem libros partiales. In primo determinat de felicitate in communi.
In 2o determinat de virtutibus in generali. In 3o de principiis actuum humanorum.
In 4o de singulis virtutibus moralibus in speciali. In quinto determinat specialiter
de iusticia. In 6to determinat incidentaliter de virtutibus intellectualibus.
In 7o de continencia et incontinencia. In octavo de amicicia. In nono de
proprietatibus et passionibus amicicie. In decimo specialiter de felicitate. Primus
ergo liber in duas dividitur partes scilicet prohemialem et executivam. Et pars
prohemialis dividitur in tria capitula. Et primum capitulum in 3es dividitur partes. Primo
[illegible] ponit intentum. 2o intentum probat. 3o apponit finium distinctionem. Est ita
quod Conclusio trahitur textus [illegible] in omni opere humano intenditur aliquis
finis. Ista conclusio patet quia in omni opere humano intenditur aliquod bonum existens
vel apparens quod gratia [illegible] quia bonum est amatum quia si operatio procedat ab arte vel doctrina
tunc [illegible] fine aliquo et etiam in appetitu vel electione intenditur aliquis finis